

reddit, quod ab hominibus non percipitur; si Christus non est Deus, jam ab hominibus percipitur; ergo non est amplius admirabile: ergo non est divinum. IV. Si Christus non est Deus, deficit ei dores, quae maxime ipsum commendant, & in persona, & in munere; sed hoc non est afferendum: ergo neque illud. Probatur major. Deficit filatio divina, per quam Christi persona supra ceteros homines extollitur; & quia in Scripturis praedicatur, dicendo Christum esse Filium proprium, verum, unigenitum, qui est in sinu Patris. Si enim non est Deus, est filius adoptivus, ut sunt alii homines. Deficit dignitas Salvatoris; quia quoniam non sit Deus, non potuit pro peccatis hominum condigne satisfacere; & tantum nobis profuit, ut profuerunt ceteri Martires, nos doctrinis instruendo, & confirmando exemplis suis. V. Vanæ, & furiles reddentur sacræ paginæ, si Christus non esset Deus; quoniam enim in illis multa conineantur, quæ Christi divinitatem praeseruent, si Christus non esset Deus, illa omnia essent mendacia; quod non est penitus dicendum, nec cogitandum. VI. De fide est Christum esse Deum: ergo vere Christus est Deus. Antecedens negant Calviniani, quia Calvinus lib. contr. Valentiniū Gentilem assert. Dei nomen tantum Patri convenire; convenire etiam cum Calvino Beza lib. cont. Brentium; insuper Remonstrantes qui dicuntur apud Baravos, & sunt Arminiani, negabant, esse de fide, Christum esse Deum; verum sic probatur. Ecclesia anathematisbus damnat errorem, quo dicitur, Christum non esse Deum: ergo de fide est, Christum esse Deum. De Antecedenti non dubitatur, quoniam patet in supra recentissimis Conciliis; consequentia autem bene inferitur. VII. Ecclesia Doctores vel non percepserunt Scripturas, vel illas assequunt sunt? Si primum: ergo non Doctores, sed imperii: Si Secundum: ergo quoniam ex illis probaverint, Christum esse Deum, vere Christus est Deus. VIII. Christus praexitus Mariæ: ergo est Deus. Probatur antecedens. Christus exiuit a Patre, antequam in Mariæ uterum veniret; erat, priusquam a Patre mitteretur; descendit de cœlo, quando in Mariæ uterum veniebat; ergo praexitus Mariæ. Antecedens est clarum in Scripturis.

Opponunt Ebionites, Pauliciani, Nestoriani, Sociniani, aliquique ejusdem fursus homines.

PAR. III.

mines, nobis omnes Adversarii; I. In verbis illis Ad Romanos 9. Qui est super omnia Deus benedictus in secula, vox illa, Deus non est Scripturæ, sed fuit addita, vel a Commentatoribus, vel a Librariis; & probant, quia S. Cyprianus lib. 2. cont. Judæos c. 6., & S. Hilarius in psal. 122. citant verba illa, sed sine eadem voce. II. Christus non se dixit Deum proprie, sed metaphorice, & per participationem, ut sunt illi in dignitate positi, qui jus alius dicunt; quod probant ex verbis Joann. 10, ubi Christus dixit Iudeis, qui ei respondebant; Responderunt ei Iudei: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; & quia tu homo cum sis, facias te ipsum Deum. Respondit, eis Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra; Quia ego dixi, Dii sis. Si illos dixit Deus, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis; quia blasphematis, quia dixi, Filius Dei sum? III. Christo fuit exhibita adoratio relativa, non absoluta; hoc est, in Christo adorabatur Deus, cuius Christus gerebat vices in terra: ergo ex adoratione exhibita Christo non colligitur Christi divinitas. IV. Divinitas Christi non legitur explicite in Scripturis; at qui legi deberet, quoniam sit ad fidem necessaria fides de Christi divinitate: ergo Christus non est Deus. V. Nec reperitur implicitè; quia loca illa a nobis exhibita ab Adversariis explicantur vel de nomine appellativo, sicut Moyzes dictus est Deus Pharaonis, vel de attributis per participationem, vel per communicacionem; unde opponunt illud Joann. 5. *Nou potest Filius a se facere quicquam.* VI. Joann. 17. Christus sic loquitur Patrem: *Hoc est autem vita eterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum.* Christum: ergo solus Pater est Deus verus. VII. Quando Scripturarum verba repugnant rectæ rationi, non debent literaliter, sed metaphorice, intelligi; sed dato quod Scripturæ dicant, Christum esse Deum, hoc repugnat rectæ rationi; ergo verba illa, si sunt in Scripturis, non debent literaliter, sed metaphorice, intelligi. Probatur minor. Repugnat rectæ rationi, quod nulla creata mens intelligere valet; sed nulla creata mens intelligere potest Hominem Deum: ergo repugnat rectæ rationi, &c. VIII. Ex Justino in Apologia I. habemus, Dei nomen non significare vere supremum Numen: ergo quoniam tributatur Christo Dei nomen,